



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

68 Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

nes interim, quandoque ſubridendo, genas laniando, & brachia nudando, ut etiam antiquis, & ethnicorum temporibus fieri ſolebat, qui ita mortuos lugerant, quaſi animæ cum corporibus moriantur, & desperata ſit omnis futuræ ſalutis expectatio, peſtora tunc it, ululatus, vocibusque nefandis aures omnium implent, Card. Paleotr, in *Archiepiſcop. Bononien par. 3. in monit. habent. in ſuner. exempt. 1.* quæ in antiqua præſertim lege prohibentur, *Levit. cap. 19.* ubi per

63 Moysen ¶ inquit Dominus, ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram, neque figuras aliquas aut ſtemmata facietis vobis, ut in *Deuteron. cap. 14.* non vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuo.

64 Et apud Chriſtianos ¶ iſi Chriſtiana pietatis officijs maximè repugnant, quæ debentur propinquis, & amicis, qui ſic Deo volente, in cujus manu eſt vita, & mors, ab hac vita ad aliam migrarunt, ubi bonorum operum ſuorum præmia reportabunt. De immoderato huiusmodi mœnore intelligit ¶ Paulus Apoſtolus, dum, inquit, nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut, & cæteri, qui ſpem non habent, ad *Theſſalon. c. 4.* Illud magis execrandum, quod ſit à nonnullis, qui viros, & mulieres ad lamentabilem ſtatum, ſuper funus pecunia conducunt, qui circa cadaver plorantes deſuncti vitam alioqui, dum viveret forte perverſam, & impiam factaque collaudent. Ideo Divus Cyprianus: ¶ nobis, inquit, sæpè relatum eſt, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione Dominica de ſeculo liberatos, cum

deſiderari eos debere non plangi, neque accipiendas eſſe hic atras veſtes, quando illi ibi indumenta alba jam ſumpſerint, occaſionem dandam non eſſe gentibus, ut nos meritò, ac jure reprehendant, quod, quos vivere apud Deum dicimus, & extinctos, ac perditos lugemus, unde fratres deſunctos lugeri, ac plangi omninò prohibet, ut in *ſerm. de mortalit. & cap. quem præpoſterum, 13, q. 2.* præterea ¶ lugere, ac deplorare, ac lamentari eos qui de hac vita decedunt, ex puſillanimitate contingit, D. Ioan. Chryſoſtom. *Homil. 26. cap. 11.* Epist. ad Hebr. *diſco cap. ubicumque ſepeliantur, eadem queſt. 2.* In quo turpe eſſet omninò, Chriſtianos lumine cœleſti illuſtratos, ac de carnis reſurrectione certiffimos ab ethnicis aliquibus ſuperari, qui tanto animi robore, tantaque fortitudine, obitum ſuorum ſuſtinuiſſe leguntur, ut nec cultum quidem, aut veſtem mutarint, vel affectum aliquè oſtenderint, tantum abeſt, ut viſi fuerint muliebriter lacrymari, Val. Maxim. *lib. 5. cap. 10.* de Thaletis Mileſij fortalte edoſti ſententia, ¶ qui dicebat, mortem non eſſe ſtendam, cum inter vitam, & mortem nil interſit, cum utraque res æquè ſecundum naturam eſſet, nec mortem malam magis eſſe, quam nativitatem, Bruſon. *lib. 7. c. 24.* ſidem tenebant, ſtatum nil ad mortuos prodeſſe. Vnde Solon, cum filium lugeret ſibi deſunctum, dicenti cuidam, ut luſtui parceret, cum nihil proficeret, & propterea hoc inquit lacrymor, quia nihil proficio, Idem Bruſon. *lib. 4. cap. 10.*

69 Cæterum ¶ non eſſe dolendam, propinquorum, & amicorum mortem à Domino admonemur, dum viduæ illi

Naim